



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXI. De causis alterius recipiendis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

in fisci ditionibus, tam de terra, vineis, mancipiis, vel vndecunque re debetur, ipse vir ille habeat ex nostra indulgentia concessum, vel quicquid exinde facere voluerit liberam habeat potestatem.

X XI. DE CAUSIS ALTERIVS  
*recipiendis.*

**F**idelis Deo propitio ille, ad nostram veniens praesentiam suggestit nobis, eò quod propter simplicitatem suam, causas suas minime possit prosequi, vel admallare, clementiae regni nostri petiit, ut illustris vir ille omnes causas suas in vice ipsius, tam in pago, quam in palatio nostro admallandum prosequendumque recipere deberet; quod in praesenti per fistucam eas eidem visus est commendasse. Propterea iubemus, ut dum taliter vtriusque decreuit voluntas, memoratus

D ij



52 MARCVLFI MONACHI  
ille vir omnes causas lui, vbicumq;  
prosequi vel admallare deberet,  
vt vnicuique pro ipso, vel homini-  
bus suis, reputatis conditionibus, &  
directū faciat, & ab aliis similiter in  
veritate recipiat. Sic tamen quam-  
diu amborum decreuit voluntas.

XXII. P R A E C E P T V M  
*denariale.*

**E**T quia Apostolicus, aut inlu-  
stris vir ille seruum suum no-  
mine illum, per manum illius ad  
nostram praesentiam iactante dena-  
rio secundum legem Salicam dimi-  
sit ingenuum, eius quoque absolu-  
tionem per praesentem auctorida-  
tem firmamus: praecipientes enim  
vt sicut & reliqui mansoarij, qui per  
talem titulum à iugo seruitutis in  
praesentia Principum noscuntur es-  
se relaxati ingenui, ita & à modo  
memoratus ille per nostrum praeci-